



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dispositio Et Perioche Historiae Evangelicae Per IIII.  
Euangelistas contextæ, necnon Actuum apostoloru[m],  
Epistolaru[m] quoq[ue] Pauli XIII. & Canonicaru[m] VII.**

**Bullinger, Heinrich**

**Tigvri, 1553**

**VD16 B 9605**

Liber IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35634**

## LIBER IX.

**E**XPIAT O peccato, deuictisq; inferis, supera. Resurrectio  
domini.  
Eta deniq; morte, rediuius e sepulchro et ex mor= tuis, tertia die resurgit uictor et triumphator dominus, rex et pontifex noster Iesu Christus. Et quoniam in uiuifica domini nostri Iesu resurrectione spei et uite no strae cardo uoluitur, demonstratur illa euidentibus signis et argumentis. Ac primum quidem declaratur resurre. Cap. 24.  
ctio domini ab ipsis dei angelis quibusdam religiosis mu lierculis, que uenerant corpus domini Iesu unctum. Edem max Petro signis quibusdam innotescit. Profiscen tibus deinde Emmauentem discipulis duobus, coniungit se his dominus sub specie peregrini, ac istis clarissime cum ex scripturis tum re ipsa demonstrat quod resurre xerit ex mortuis. Postrema prodit in medium discipu lorum dominus, et ad oculum ostendit ueram et rediuim suam resurrectionem. Confirmat deinde mentes illorum scripturis.

Iam ut omnes intelligeremus omnia Christi nostra esse, mandata dicit discipulis de praedicando omnibus gen tibus Euangelio, ad quam rem perficiendam prout nitit eis spiritum sanctum, quem in urbe Hierosolymorū ex pectent præcipit. Quibus peractis omnibus educit di scipulos in montem Olivarū, inde ascendit recta in cœlū. Ascensio domini in cœlum.

HISTOR. ACT. APOST.

Discipuli adorato ipso, in urbem expectaturi spiritum  
sanctum reuertuntur.

DESCRIPSIT hucusq; luculenta historia beatus Lucas incarnationē domini nostri I E S V C H R I S T I, prædicationem item, præcepta & instituta eius, miracula quoq; et beneficia eiusdem, passionem deniq; mortem & resurrectionē ex mortuis clarissimā, eiusq; rei demonstrationem evidentissimam, sed & ascensio nem eius in cœlū gloriosam. In cœlis modo regnat rex & pontifex uere summus, salus, plenitudo & caput ecclesiæ suæ. E cœlo uenturus est breui iudicatus uiuos & mortuos. Hunc ergo expectamus cum gaudio libe ratorem, oramusq; supplices, ut omnium misertus, omnes nos benigne ad se transferat, AMEN.

D I S P O S I T I O N I S  
E T P E R I O C H E S H I S T O R I A E  
A C T U V M A P O S T O L O R V M  
S E C V N D V M L V C A M,  
L I B E R I.



ON diuellemus, interiecto S. Ioannis Eu an gelio, libros beati Lucae, quos ipse coniunxit. Sequitur modo post historiam euangelicam,